

Johann Gottlieb Möller

**Jesu Gratia Moderante! ad Praelectiones, Publicas, De Optima Originalis Novi
Testamenti Textus Emphasin, Eruendi, Et Pro Concione Explicandi, Methodo. In
Auditorio Boreali Philosophico ... & Privatas, De Manuductione Ad Studium
Theologicum Thetico - Antitheticum Feliciter Instituendum, In Auditorio
Domestico ... Facultatis Theologicae Indultu inchoandas ...**

Rostochii: Riechelius, [ca. 1694]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn733813550>

Druck Freier  Zugang



RU theol. 14.Juni 1694

Möller, Joh, Gottlieb




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn733813550/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn733813550/phys_0002)

DFG

JEsu GRATIA MODERANTE!
ad Vorlesungseventus 1694
PRÆLECTIONES,
PUBLICAS,
DE OPTIMA ORIGINALIS NOVI
TESTAMENTI TEXTUS EMPHASIN,
ERUENDI, ET PRO CONCIONE EXPLI-
CANDI, METHODO.

In AUDITORIO BOREALI PHILOSOPHICO, die,
qvem vocant LUNÆ, i.e. XIV. Junii, HORA SECUNDA
auspicandas;



&
PRIVATAS,
De MANUDUCTIONE AD STUDIUM
THEOLOGICUM THETICO - ANTITHETICUM
FELICITER INSTITUENDUM,
In AUDITORIO DOMESTICO, DIE NOMINATO, AB HORA QUARTA
USQUE AD SEXTAM, ex GRATIOSO SUMME VEN.

FACULTATIS THEOLOGICÆ
INDULTU inchoandas;
Disputationesq; Philologicas & Theologicas
INDEFESSOS, QVOTQVOT ILLISTRIS HÆC FOVET
UNIVERSITAS, STUDIORUM ELEGANTIORUM, ET S. S. INPRIMIS
THEOLOGIE CULTORES, COMMILITONES, GENTE PARITER AC
MENTE NOBILISSIMOS CLARISSIMOSQUE,
Cum sincero omnigenæ in J. C. prosperitatis, ac perennantis in se favoris,
voto, qvæ fas est humanitate invitat,

M. JOH. Bottlieb MÖLLERUS.

Gedanensis.

SS. Theol. Ddus. Gr. L. in Universitate Rostochiensi, & Philosophiae Primæ Practicæq; in Atheneo Gedanensi Professor Ordinarius ac Bibliothecarius.

ROSTOCHII, Typis JACOBI RIECHELIUS, Ampliss. Scn. Typogr.

Magna sunt, COMMITTONES CLARISSIMI, imo maxima, qvibus, DEO sic providente, per annos jam aliquot, NOBILE ROSETUM, ac in eo, ILLUSTRIS qvæ fulget, UNIVERSITAS, hujusqve COMPATRONUS MUNIFICENTISSIMUS, INCLUTUS REIPUBLICÆ ROSTOCHIENSIS SENATUS indignum licet me ac immerentem, mactavit *beneficia*, qvorum, *optima cunctis*, Johanne, qvi ab aureo eloqvii flumine, Chrysostomus audit, pronunciante, cum ipsa sit *beneficiorum memoria*, & *perpetua confessio gratiarum*, mentem, tot tantorumqve favoris ac benevolentiae speciminum haud immemorem, solenni velut in confessione, pro virium declaraturus modulo, MUSAS ROSTOCHIENSES, illas Orbis, qva patet, Literarii delicias, uti fas est, submisse ac observanter resaluto. Qvodsi vero nullum Reipublicæ munus, ut Cicero ait, offerre majus, meliusve possumus, quam si doceamus atque erudiamus juventutem; vix gratius qvicqvam ad hostimenti instar, MÆCENATIBUS, qvos hic locorum DEUS servat, offerre potero, qvam, si Academicæ, qvâ AMPLISSIMUS HUJUS CIVITATIS MAGISTRATUS me adhuc gaudere voluit, Professionis stimulos secutus, qvantulum hic, per labores in Gedanensis usum Athenæi ex MAGNIFICORUM Patriæ PRO CERUM decreto suscipiendos, licebit, *Prælectionibus ac Disputationibus*, publicis pariter ac privatis, Divino fretus moderamine, prompta consecrem dexteritate. Cujus ratio propositi, ut iis, qvorum in gratiam suscipitur, INDEFESSIS nimirum, QVOTQVOT ILLUSTRIS HÆC FOVET UNIVERSITAS, STUDIORUM ELEGANTIORUM, ET S. S. imprimis THEOLOGIÆ CULTORIBUS, COMMITTONIBUS GENTE PARITER AC MENTE NOBILISSIMIS CLARISSIMISQVE, rectius queat innotescere, paucis eandem delineabo.

In PRÆLECTIONIBUS scilicet PUBLICIS, facillimam communicabo

municabo methodum, Textus Græci, quo omnes Novi Testamenti Libros divinitus consignatos esse credimus, emphasin, feliciter eruendi, Philologiciq; beneficio scrutini, genuinam Spiritus S. mentem, tam feliciter assequendi, quam auditorio, utut rudiori, de Suggestu S., citra vanæ aucupium gloriolæ repræsentandi, ad duætum celeberrimorum è nostratibus, Theologorum pariter ac Philologorum, CAMERARIJ, HELVICI, CRUSII, GLASSII, TARNOVII, ERASMI JOHANNIS & SEBASTIANI SCHMIDIORUM, WELLE-RI, GEIERI, VARENII, CARPZOVII ac aliorum, quippe qui, publicatis eo fine Scriptis cedro dignis, in id unice laborarunt, ut sedulos quoscunq; lectores suos, optimos efficerent Scriptura lectores, qui, ceu eos describit Hilarius, dictorum intelligentiam expectant ex dictis potius, quam important, & referunt magis, quam afferunt, nec cogunt, id videri dictis contineri, quod ante lectionem præsumperint intelligendum.

In PRÆLECTIONIBUS PRIVATIS (quas tamen audiendi licentiam omnibus, quotquot profectuum inde sperant incrementa, gratis concedo,) ex gratioſo SUMME VENERANDÆ FACULTATIS THEOLOGICÆ indultu, manuductionem suppeditabo ad Studium Theologicum Thetico-Antitheticum feliciter instituendum, qua ex gravissimis LUTHERI, CHEMNITII, GERHARDI, HÜLSEMANNI, CALOVII, & aliorum consiliis, methodus præscribetur, integrum corpus doctrinæ, summam omnium Articulorum fidei proprie& perspicue explicatam continens, colligendi, ac declinandi multa satis tristia exempla eorum, qui animum induxerunt novis phantasias Ecclesiam turbare, qui plerumque idem faciunt quod Geometræ; Illi enim ut sua quædam habent artificia, Ita quoque ipse primum omnium hoc postulatum aggre- diuntur, convellendi scilicet illam simplicem puritatem doctrinæ, ordine & methodo expositam, & mox, ubi has doctrinæ metas perruperunt, catervatim prodeunt absurdissimarum opinionum monstra & sicut Virgilius in descriptione tempestatis inquit:

Quæ

Qua data porta ruine & terras turbine perflant,
Eripunt subito nubes cœlumque diemque;
ceu more suo, id est, piè non minus quam prudenter de
usu & utilitate locorum Theologicorum incomparabilis noster
Chemnitius præfatur.

Ad DISPUTATORIA qvod attinet EXERCITIA, præter
materias Philologicas, in Pentade observationum Philolo-
gicarum enucleandas, laudatæ indultu FACULTATIS, The-
ses Theologicas MARTINI CHEMNITII, in plerosque lo-
cos Theologicos, Brunswigæ ad disputandum qvondam
propositas, aqve Polycarpo Lyfero locis Chemnitianis
subjunctas, publicæ Eruditorum disqvistitioni, præmisso, E-
xordiorum loco, extemporaneo de optimis Orthodoxorum
Systematibus Theologicis, discursu, subjiciam, ut,
qve summus ille Theologus & fidelissimus sacrorum interpres,
ad illustranda capita doctrinae christianaæ, undequeq; ex instru-
ctissimo Theologie sua scientia penu depropstæ, (ceu verba
habent Præfationis Lyserianæ;) gratâ, qvâ fas est, mente
agnoscantur. Adjungam his detectionem subdolæ erga san-
ctos Ecclesie Patres reverentia, qvâ CHRISTOPHORUS CHRI-
STOPHORI F. SANDIUS, famosus ille novissimorum tempo-
rum Arianus, ut scriptis suis in aliis, sic Nucleo imprimis hi-
storia Ecclesiastica, exhibito in historiâ arianorum, tribus libris
comprehensa, præfixoq; de Veteribus Scriptoribus Ecclesiasticis
Tractatu (ut verba tituli habent,) imprudenter non minus
ac impudenter orbi imponere eruditio haud dubitavit; scia-
graphiam ANTI-SANDII cum DEO & die publicandi, hac
occasione placidis Eruditorum censuris subjecturus.

VESTRAM nunc, COMMILTONES CLARISSIMI, ut exci-
tem industriam, unicè restat, de illâ verò, cùm tot ex spe-
ciminibus, CELEBERRIMIS UNIVERSITATIS HUJUS PROFES-
SORIBUS merito depraedicatis, nec non singularibus tot Ve-
stri in me Favoris indicis, certior abunde jam factus fue-
rim, junctis modo Vobiscum precibus, DEum imploro
Ter Optimum ter Maximum, quo


Gratia fortunet nostros divina labores,

Hæc animos, aures, ora, manusque regat.

P. P. Dominica II. p. Trinitatis F.

municabo methodum, Textus Græci, quo omnes Novi
 Testamenti Libros divinitus consignates esse credimus,
 emphasin, feliciter eruendi, Philologicisq
 nii, genuinam Spiritus S. mentem, tam
 di, quam auditorio, utut rudiori, de Sug
 næ aucupium gloriolæ repræsentandi, ac
 rimorum è nostratibus, Theologorum p
 gorum, CAMERARI, HELVICI, CRUSI, GI
 ERASMI JOHANNIS & SEBASTIANI SCHMID
 RI, GEIERI, VARENII, CARPZOVII ac alio
 publicatis eo fine Scriptis cedro dignis,
 rarunt, ut sedulos qvoscunqve lectores
 cerent Scriptura lectores, qui, ceu eos d
 dictorum intelligentiam expectant ex dicti
 portant, & referunt magis, quam afferun
 videri dictis contineri, quod ante lectionem
 intelligendum.

In PRÆLECTIONIBUS PRIVATIS (qua
 licentiam omnibus, qvotqvot profectu
 crementa, gratis concedo,) ex gratio s
 dæ FACULTATIS THEOLOGICÆ indultu,
 suppeditabo ad Studium Theologicum
 theticum feliciter instituendum, qv
 LUTHERI, CHEMNITII, GERHARDI, HÜLSE
 & aliorum consiliis, methodus præscribe
 pus doctrinae, summam omnium Articulo
 & perspicue explicatam continens, colligente
 multa satis tristia exempla eorum, qui an
 novis phantasias Ecclesiam turbare, qui pu
 ciunt quod Geometria; Illi enim ut sua quo
 pax; Ita quoque ipsi primum omnium hoc
 diuntur, convellendi scilicet illam simplici
 eriae, ordine & metodo expositam, &
 eriae metas perruperunt, catervatim pr
 marum opinionum monstrâ & sicut Virgil
 tempestatis inquit:



Quæ

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. _____